



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

Præludium ad electionem faciendam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

obsequij mei erga DEVM, & gloriae diuinæ prouentus subsit.

*Preludium ad electionem faciendam.*

**A**D bene quippiam eligendum, nostræ sunt partes, vt oculo puro, ac simplici spectemus, quorsum fuerimus creati: nimirum ad laudem DEI, & salutem nostram. Quapropter eligenda sunt ea tantum, quæ conducunt ad dictum finem; cum ubique, fini medium, non medio finis habeat subordinari: vnde errant, qui vxorem ducere primitus, aut Ecclesiasticum munus, seu beneficium adipisci statuunt, atq; ita demum DEO postea inseruire; vtentes præpostere fine; ac medio nec ad DEVM tendentes recta, sed oblique ipsum ad peruersa vota sua pertrahere conantes. Atqui è contrario plane agendum est: proposito primum diuino cultu,

tan-



tanquam fine nostro, & electo deinceps coniugio, vel sacerdotio, cæterisque rebus omnibus, quatenus expedit, ad præfixum finem ordinatis. Idcirco nihil mouere nos debet, ad mediis quibusuis vtendum, aut superfedendum, nisi habita in primis tam diuinæ laudis, quàm nostræ salutis certa ratione.

*INTRODVCTIO AD  
eligendarum rerum notitiam; com-  
plectens quatuor puncta, & anno-  
tatiunculam vnã.*

**P**RIMUM punctum est: quod res omnes, quæ sub electionem cadunt, necessario bonæ esse debent ex seipsis; aut certæ non malæ; nec nisi consonę institutis orthodoxæ Matris Ecclesiæ.

**S**ECUNDUM: quod genera duo rerum electioni quadrant. Nam quarun-